84

inistiavit ordinem Minorum in Assisio.

Anno Domini MCCVII erant in palatio Hermanni lantgravii Thuringie et Hassie sex viri pro maxima parte nobiles, et ingenio excellentes, honestate verborum virtuosi, cantilenarum confectores, et eas certatim offerentes, quorum hec fuerunt nomina: Heinricus scriptor, qui fuit miles, Waltherus de Vogilweide, Reynhardus de Zcwetzschin, Wolferamus de Eschinbach. Hii milites. Item Bitterolffus et Heinricus Aftirdingk, civis Ysenacensis, solus disputabat contra alios omnes, laudans ducem Austrie, coequans eum soli. Que partes mutuo decertantes, tandem decretum est, ut jam accersito spiculatore presente funemque tenente, pars devicta suspenderetur. Crescente itaque litis materia, simul crevit inter eos fallax invidia. Nam premissi quinque taxillorum falsorum tandem cum Heinrico Aftirdingin ludo inito, eundem astute devincere voluerunt, imminente sibi mortis articulo sub pallium conchoralle predicti lantgravii Hermanni ob spem patrocinii confugit; quo obtento, discucienda, que pre manibus habebantur, de cantilenis et materiis earum ad magistrum Clinsorem nomine appellant, promittentes sententie ipsius standum esse, ut pars cadens necaretur.

H. l. anpt.

hii cives, qui Heinricus Aftirdingk

cōchorat

appellat

rem sibi pararet aditum.